

3791.
HR. Johannes Lassenius &
Petrus Ludolphus,
In Honorem Nuptiarum
Dn. Johannis Mauritii
&
Annæ, Caspari Petræi filiæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

DA BOX

=L N 1040

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

EPITHALAMIA

IN HONOREM NVPTIARVM SECVNDA-RVM REVERENDI DOCTISSIMIQVE VIRI Dn. IOHANNIS MAVRITII PRÆPO-ſiti Tunderenſis Vicinarumq́ Eccleſi-arum Vigilantiſsimi.

Nec non

PVDICISSIMÆ LECTISSI-MÆQVE VIRGINIS ANNÆ, CASPA-
RI PETRÆI SENATORIS TVNDERENSIS
pié defuncti prudentiſſi-mi, filiæ.

Moris & amoris ergò
Lubecæ ſcripta ab amicis.

Excudebat Iohan: Balhorn.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

EPITHALAMIVM.

Laudibus extollunt alij connubia miris
Sponſorum grandi facta canendo Lyrâ:
Oſtentant alij nummos, certantq́ metalli
Munera Conjugibus grata ferendo novis.
Hic donat pateras, hic auri pondera fulvi,
Hic, quicquid clarâ Dædalus arte facit.
At mihi non animus laudes cantare, nec ampla
Hac tibi pro meritis præmia ferre vice.
Laude ſatis celebris, tua nota eſt gloria multis,
A teneris Muſæ quos docuere, viris.
Auro, ſic mandante DEO, te Patria ditat,
Te ditat virtus, ingenijq́ decus.
Ergo quod reliquum: chartacea munera mittam,
Munera non gemmis irradiata novis:
Non aptè cælata, nec arte polita Minervæ,
Sed quæ ſint mentis candida ſigna meæ.
Queisq́ ineas thalami fælicia fœdera poſco
A Domino, ſolvens talibus ora modis:
O te ſumme pater, ſupplex tua Numina adoro,
Percipe depromtas ore animoq́ preces.
Pectora tu noſti, tibi vincla jugalia curæ,
Tu ſimilem ſimili conſociare vales.
His adſis ſponſis animosq́ & lumina flectens
Auſpicio ſubeant da juga fida bono.

Te du

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Te duce concordi côaleſcant fœdere mentes,
Vt poſsit geminos ſolvere nulla dies.
Vna quies, animusq́ unus, pax una, cor unum
Ambobus ſemper, te moderante, ſiet.
Et velut initio ſociam dilexit Adamus,
Sicut & Iſaçum caſta Rebecca ſuum:
Ex animo utq́ ſuum complexa Suſanna maritum,
Haud ſecus hoc ſocio Chriſte favore ligam.
Sola tui potior ſit eis confeſsio verbi,
Te poſt in reliquis, alter ut alterius
Moribus applaudens tantoq́ incenſus amore,
Conjuge nil toto dulcius orbe ſciat.
Fac vivant Pyliam comites utriq́ ſenectam,
Fac menſam cingant agmine pignora eis.
Quæ bona ſunt confer, quæ ſunt nocitura repelle,
Hæc brevis eſt voti cauſa caputq́ mei,
Quod porro reſtat, tacitè mea Muſa precatur,
Optata ut ſummo ſint rata Nymphe DEO.
Vive piè, Phœboq́ fave, ſic omnia cedent
Proſpera, Laſſæi ſis memor usq́, Vale.

IOHANNES LASSÆVS
Tunderenſis H.

Non

ALIUD.

NOn ſemper liquidum contriſtant æthera nubes,
Aſsiduis largus nec cadit imber aquis:
Non usq; Arctôô riget altum frigore cœlum,
Nec tellus niveo tecta vapore latet.
Sed rutilis orbi radÿs poſt nubila Phœbus
Arridens, clarum fundit ab ore jubar:
Læta ſed & tepidi ſuccedunt tempora veris,
Blandaq; concretum temperat aura gelu.
Sic te non ſemper fortuna maligna fatigat,
Immenſâ ærumnæ mole nec usq; gravat.
Sed lepido rurſus ſpondet felicia vultu,
Muneribus relevans damna priora novis.
Namq; ubi dilectam, fato ſic dante, maritam
Non ulli parcens Parca ſevera tulit.
Extemplò triſtes fundebas ore querelas,
Pectora luctifico plena dolore gerens.
Nil erat heu lætum, nil quod recreare dolentem
Te valuit, luctum quod cohibere tuum.
Non ſecus ac viduus nudâ conſidit in ulmo
Turtur, & amiſsâ compare triſte gemit.
Sic duro flebas extinctâ Conjuge fato,
Sicq; animi vires cura premebat edax.
Sed jam curarum fugiant ſub tartara nubes,
Eſto modus lacrymis, luctibus eſto modus.

Ceſſent

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Ceſſent jam gemitus, ſuſpiria triſtia ceſſent,
    Nullus ſit curis, triſtitiævè locus.
Pone ſupercilium, frontemq́ exporrige, rurſus
    Dum datur in thalamum Virgo pudica tuum.
Hanc tibi ſelegit, ſociam qui junxit Adamo,
    Qui Canæ in vinum dulceq́ vertit aquam.
Conjugij caſti caſtum qui juſſit & uſum,
    Et ſimul optatâ prole beare poteſt.
Hanc igitur Nympham magno complectere amore,
    Hæc vice ſurreptæ morte prioris erit.
Hæc hæc eſt fulvo multùm precioſior auro,
    Hæc erit adjutrix, auxiliumq́ tibi.
Hæc tibi curarum ſtimulos, hæc pondera luctus,
    Excutiens, vitæ ſtamina longa trahet.
Sævit ubi rapido ſtomachans fortuna tumultu,
    Et diras diro jactat ab ore minas,
Hæc tibi Nepenthes mærenti dulce parabit,
    Hæc luctum dictis ſuavibus imminuet.
Addo, quod hæc alijs ſit Virgo dotibus aucta,
    Quas omnes verſu charta referre vetat.
Namq́ DEVM venerans cordis penetralibus imis
    Infigit verbi juſſa verenda ſacri.
Formam ſi trutines, formam vix Lucifer ortu
    Conſpicuo vincet, purpureævè roſæ.
Lumina ſidereis certant radiantia ſtellis,
    Aglaiam referunt, Euphroſynenq́ genæ.

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Sic tibi Conjugium dolor, & medicina dolori eſt,
Vulnera fecit amor, vulnera tollit amor.
Scilicet iſtud erat præclarum, & nobile donum,
De quo Rex Salomon Verba notanda refert:
Pignoribus Patres dant pondera fulva metalli,
Solius at donum caſta marita Dei eſt.
Nil fortuna poteſt, procul hinc venus ipſa faceſſat,
Munere divino quæ datur, illa datur.
Tu quoq́; Nympha tibi nactum gratare maritum,
Quem tuus innatis ignibus urit amor.
Ardua quem virtus decorat, quemq́; inclyta fama,
Quem juvat Aönidum fonte rigâſſe labra.
Quem jam ſalvifici ſpargentem ſemina verbi
Laudibus eximiis Tundera ad aſtra vehit.
Hunc ô Sponſa tuum reverenter habeto maritum,
Tu coſta illius, ſed caput ille tuum.
Hunc tibi devinci ſolvendo fœdere nunquam,
Hunc ſolum amplectens corde repone tuo.
Mutua ſic flagrans conjunget flammula corda,
Flammula ad extremos uſq́; fovenda dies.
Vivite felices, felici ſidere juncti,
In Domino ſit mens una, ſit unus amor.
Præcingat felix veſtrum concordia lectum,
Vt ſocio ſurgant pignora chara toro.
Sint procul hinc lites, procul hinc Eris atra recedat.
Firmus ut amborum pectora nectat Eros.

Hacte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Hactenus hæc: revocans aliò me turba novena,
Carminibus noſtris juſſit ineſſe modum.
Hæc placido accipias animo, vultuq; ſereno
Sedulus exopto, Nymphe beate: Vale.

Ἐτεόστιχον.

ConIVgIVM VobIs ſIt feLIX aVſpICe ChrIſto,
NeſtorIs aC annos Vos ſVperare preCor.

PETRVS LVDOLPHVS
Tunderenſis Holſatus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)

3791.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3791 4° (LN 1040)